



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

Toledo, Francisco de

Coloniæ Agrippinæ

17. De numero & sufficientia sacramentorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40916

Prima est, quæ datur homini, qui erat in peccato, vel non erat Dei amicus.

Gratia secunda est, quæ datur iam existenti in gratia. Nam gratia habita augetur per additionem noui gradus gratiæ. Sacra menta ergo dant gratiam habenti, & sic conferunt gratiæ secundam. Dant etiam non habenti, ut pueris ante usum rationis, & his, qui sunt in peccato quidem, sed cum attritione accedunt putata contritione: hi gratiam primam recipiunt; & hoc est, quod alii dicunt communiter: sacramenta ex attrito faciunt contitutum, id est, aliquando homo debet de peccato dolere, qui per se non sufficeret delere peccatum, & tamen accedente sacramento, deletur. Cum gratia intelligas charitem, & alias virtutes, quæ ex ipsa sequuntur.

Effectus particulatus est character. Est autem character, potestas quedam spiritualis, quæ indebiliter imprimitur in animæ potentia rationabili, scilicet intellectu.

Triplex potestas spiritualis datur in sacramentis.

Vna est, ad conferenda & ministranda spiritualia, & hæc potestas in sacramento ordinis datur.

Altera est ad recipienda spiritualia, & sacramenta, & hæc datur in baptismate: est enim baptismus sacramentorum ianua; non baptizatio enim nullum prodest sacramentum, nisi post baptismum.

Tertia est, ad fortiter agendum contra Christi inimicos, scilicet mundum, carnem, & dæmonem, vincendasque tentationes eorum, & hæc datur in Confirmatione, per quam homo recipit signum militiæ Christi, & se pro ipso fortiter pugnare obligat. Vnde, cum triplex sit potestas, est triplex sacramentum characterem imprimens, Ordo, Baptismus, Confirmation. Est autem ista qualitas, quæ dicitur character, à Deo indebiliter impressa, ut nec per mortem auferatur. Vnde, si quis mortuus refusit assertio, non esset iterum baptizandus, nec confirmandus, nec ordinandus, si viuus ista receperat: ob id ista sacramenta non possunt iterari. Hæc igitur quinq; sunt in sacramento consideranda.

De numero, & sufficientia sacramentorum.

C A P V T X L I I

Septem esse sacramenta Ecclesiæ fides docet, ideoque hæc res ipsis esset, id negare. Hæc autem sunt, Baptismus, Confir-

A a matio,

matio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vñctio, Ordinatione, Matrimonium. Quorū sufficientia sumi potest ex perficie vita corporalis, ad cuius similitudinem procedit vita ritualis. In vita autem corporali perficitur homo duplice, primo in se, ut est quædam particularis persona, secundo ordine ad alios, ut est pars ei publicæ. Est enim homo corpus animal.

In se primo omnium perficitur per generationem, quae cipit esse.

Secundò, per augmentationem, qua ad debitum terminum quantitatis peruenit.

Tertiò, per nutritionem, qua in robore, & esse sicutatur.

Quartò, si in morbum incidit, sanatur per medicinam.

Quintò, post sanitatem acquisitam, reliquias infirmitatis per dietam expellit, & bonum regimen. In ordine ad alios perficitur per dignitatem, qua alijs præficitur, & alios gubernat, & per contractum matrimonium, quo respublica in sua similitudine conseruatur. Ad hanc similitudinem vita spiritualis procedit.

Primò homo nascitur in vita spirituali, qua ante eam præparatus, & hoc fit per baptismum, quo homo nascitur de nomine spiritu.

Secundò, indiget robore gratiæ susceptæ, & hoc fit per confirmationem.

Tertiò, indiget cibo spirituali, quo anima nutritur in gratia & spiritu, & hoc per Eucharistiam, quæ viaticum dicitur.

Quarto, indiget medicina sanante, si quando in peccatum cecidat, & hoc fit per pœnitentiam.

Quintò, indiget expellere reliquias aliquas ex peccatis manentes: non enim homo dolet, sicut debet, ex negligencia sua, & ad hoc indiget extrema vñctio, quæ datur tempore mortis, quia tunc anima omnino debet esse purgata, ut propter quæ diuino conspectui est præsentanda. His sacramenta homo perficitur per ordinem, quo homo potestate habet alios sacramenta ministrandi. Similiter per matrimonium, quo multitudo hominum conseruatur: ex quorum congregacione Ecclesia consistit. Vnde fit, ut sacramento tam numerus sufficiens sit, & completus. Ex his sacramentis aliqua dicuntur necessaria ad salutem, sine quibus non potest contingere alii salus. Aliqua non necessaria, quamvis omnia sint in pra-

cepto,

cepto. Baptismus, & Pœnitentia sunt necessaria. Baptismus quidem omnibus, Pœnitentia his, qui mortaliter peccant. Sunt autem sic necessaria, ut nullus secundum legem ordinariam Dei modo possit ingredi cœlum, quin baptizetur; & si post baptismum peccat mortaliter, quin pœnitentia, &c confiteatur. Attende tamen, quod non sunt ita necessaria in re, sicut est in votio, & proposito, cum re haberi non possint. Vnde qui dolet depeccato sufficienter, & cum proposito confitendi, vel voluntate, si possit, consequitur gratiam, & si moritur, saluat. Idem de Baptismo. Vnde cathecumeni, qui Baptismum in voto habent, si casu moriantur, si dolorem de peccatis habuerint, salvi sunt. Alia Sacraenta, puta, Eucharistia, Confirmatio, Extrema unctione, sunt quidem in præcepto certis temporibus, & cum haberi possint, ita ut obligent tunc ad susceptionem, sed non sic, ut sine illis non contingat salus. Otro, & Matrimonium sunt necessaria in Ecclesia in communi considerata, & sic obligant ad susceptionem; tamen ista necessitas non se extendit ad personas particulares, nisi ratio necessitatis urgeat ut si tanta esset hominum paucitas, ut aliqui obligarentur ad matrimonium, & aliqui ad ordinem, quod modo non euenit. Supereft, ut in particulari de singulis tractemus.

De materia remota, & propinqua Bapt: sint.

C A P V T XVIII.

Primum omnium sacramentorum, secundum ordinem susceptionis, est baptismus, quem Magister sent. in lib. 3. dist. 3 sic definit. Baptismus est ablutorio corporis exteriorius facta, sub præcripta forma verborum. In baptismo, sicut in quouis sacramento, quinq; sunt consideranda, materia, forma, minister, suscipiens, effectus.

Materia duplex est, alia remota, altera propinqua. Materia remota est aqua: propinqua est ablutorio, quæ fit mediante aqua. Tractemus prius de materia remota. Hæc debet esse aqua elementaris, id est in alio liquore non licet baptizare, nec valer baptismus. Vnde in vino, cerasia, & lacte, non potest esse baptismus. Similiter nec in liquoribus herbarum, florium, aut arborum, quæ non sunt aquæ elementares. Similiter nec in sudore, sputo, vrina, quæ sunt excrementa, non aqua. Attende tamen, quod quamvis aqua sic alterata, dum-